Fragmentarium

absolutionem ipsorum nobis primo dixeritis diligenter attendissetis teno
rem. Satis perpendas auctoritate ipsam cum in eis dicatur quod insistere iudi
ciales si secure possunt absque periculis de salutem prima pro eis
laicis prouidere.

De eodem per uerba mutata.

.liiij. Epo. In archa federis et uirga continebatur et manna prefigurans
quod in pontificis pectore sic uirga debet esse rigoris quod lenitatis
manna non desit et una releuet quod alia castigat disciplina. Hinc
est quod lator presentium suos humiliter recognoscens excessus ad nos de
consilio uestro reuertitur ut in uobis post patris ubera matris ubera
sentiat et in medicamine immitte sibi uinum inherentis illius samarita
ni uestigia qui uinum infundit et oleum uulneribus sauciati.

De eodem per alia uerba.

.lv. Epo. Intelleximus quod lator presentium in quendam clericum manus
uiolentas iniecit cum est iuxta formam ecclesie beneficium absolu
tionis impensum. Verum ut dicitur soluit culpam penam quam debuit
et ultra debitum rigor iudicantis extorsit. Debet ergo ut iustitie
consummata benedicta discretio penitentis ulterius debite animos
non excedat. Vel sic. Debet ergo ut idem qui nouit culpam
imponat et penam et cum uidit modum primum dispensationis impedit.

De eodem cum remissione cedule.

.lvj. Archiepo. Dudum petebat lator presentium cedula continetur pre
sentibus inclusa. Verum quia sauciatis uulneribus post uinum
rigoris infundendum est oleum lenitatis auctoritate etc. ipsum ad nos diuer
sum remittendum ut iuxta satisfactionis uestra prudentia consulto put
ueritis demum ac que sue saluti uideritis expedire.

De eodem super pena imposita fautori hereticorum.

.lvij. Epo. Vel inquisitori. Intelleximus quod de pena quam fauto
ris hereticorum inuisa pagina continebat. Consulimus ut circa
ipsum circumspectio uestra prudenter quod rigor pene non nimis exasperet et
laxa remissio non dissoluat. Vel sic. quia quod prout merita peni
tentis exegit circa ipsum pene temperetis rigorem.

BIBLIOTHÈQUE IMPÉRIALE MSS.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 71r – Formulary of the Papal Penitentiary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hgb6/3486/36264)